Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni.
et quatuor pennae vni: et pedes eorum recti et
plantae pedis eorum quasi plantae pedis vituli.
et scintillae quasi aspectus aeris candentis. Et
manus hominis sub pennis eorum in quatuor
partibus: et facies et pennas per quatuor partes
habebant iunctae erant pennae eorum alterius
ad alteram non revertebantur cum incederent
sed unusquisque ante faciem suam gradiebatur.
Similitudo autem vultus eorum facies hominis
et facies leonis a dextris ipsorum quatuor: fa-
ciesque autem bovis a sinistris ipsorum quatuor et
facies aquilae desuper ipsorum quatuor: et pennae
eorum erant extentae desuper. Duae pennae singu-
lorum iungebantur: et duae tegebant corpora
eorum: et unusquisque coram facie sua ambula-
bat. Ubi erat impetus spiritus illuc gradie-
bantur: nec revertebantur cum ambularent.
Et similitudo animalium aspectus eorum
quasi carbonum ignis ardentium: et quasi
aspectus lampadum. Haec erat visio discur-
rens in medio animalium: splendor ignis
et de igne fulgur egrediens. Et animalia
ibant et revertebantur in similitudinem ful-
guris coruscantis. Gr. Beatus vir. Alla. Non derelin-
deus animam meam exultet iubilando cor meum et Sequentia
corpus meum. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Quando
ergo ipsi ad se vocant matrem. Alleluia. Ex
ore qui tunc disposuit. Omnia mundanarum
curarum vincula disposuit. Misericordias nunc et
in aeternum cantemus patri nostro. Inter apostolos et

#quatuor animalium